

PRECES

JUSSU PAPAE LEONIS XIII

IN OMNIBUS OBBIIS ECCLESIIIS

POST PRIVATÆ MISSÆ CELEBRATIONEM

FLEXIS GENIBUS RECITANDÆ

(Sacerdos ter dicat cum populo : Ave Maria : deinde Salve Regina cum
y Ora pro nobis, etc. et R) Ut digni ecc.

OREMUS.



DEUS refugium nostrum et virtus, populum ad te clamantem propitius respice; et intercedente gloriosa et immaculata Virgine Dei Genitrice Maria cum beato Joseph Eius Sponso, ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, quas pro conversione peccatorum, pro libertate et exaltatione sanctae Matris Ecclesiae, preces effundimus, misericors et benignus exaudi. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Addatur invocatio: Sancte Michael Archangele, defende nos in praelio; contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium. - IMPERET illi DEUS; supplices deprecamur; tuque, Princeps militiae coelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen.

Indulgentia decem Annorum (S. Pæn. Ap. 30 maii 1934).

Addi postet ad libitum invocatio: Cor Jesu Sacratissimum, miserere nobis.

Quæ si ter dicatur, acquiritur Indulgentia 7 annorum (S. Pæn. Ap. 18 Martii 1932).

V^o Concordat cum adprobatis - Taurini, die 9 Maii 1953 - Imprimatur C. A. Coccolo V. G.